oro coram te nocte ac die pro seruis tuis et confiteor
peccatis eorum qui peccauerunt tibi. Memento
uerbi tui quod mandasti famulo tuo dicens. Si re
uersi fueritis ad me et custodieritis mandata mea
et custodieritis ea. etiamsi adducti fueritis ad extre
mum celi inde congregabo uos et inducam uos in
locum quem elegi ut habitaret meum nomen ibi in se
pitternum. Et ipsi serui tui et populus tuus quos re
demisti in fortitudine tua magna et in manu tua
ualida. Et nunc domine sit auris tua intenta ad oratio
nem serui tui et seruorum tuorum qui uolunt timere
nomen tuum et dirige eos hodie. Et da misericordiam
populo tuo domine deus nr. FERIA SEXTA.
LECTIO EZECHIELIS PPHETE.
HAEC DICIT DNS DS. ANIMA QUE PECCA
UERIT IPSA MORIETUR. FILIUS NON PORTABIT INI
QUITATEM PATRIS ET PATER NON PORTABIT INIQUITA
TEM FILII. IUSTITIA IUSTI SUPER EUM ERIT. ET IMPIETAS IM
PII SUPER EUM ERIT. SI AUTEM IMPIUS EGERIT POENITENTIAM
AB OMNIB; PECCATIS SUIS QUE OPERATUS EST ET CUSTODI
ERIT UNIUERSA PECEPTA MEA. ET FECERIT IUDICIUM ET IUS
TITIAM. UITA UIUET. ET NON MORIETUR. OMNIUM INIQUITA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm18669/0046